

Rufus in materia repetitionis si Iudex fuerit requisitus examinare etiam ad instantiam Rei testem, qui fuit examinatus ad instantiam Actoris, remota probabili subornationis suspitione tenetur concedere, vt in iudicio seruetur æqualitas, l. fin. C. de fruct. & lit. expens. in iudicijs de regul. iur. non enim debet licere actori, quod Reo non permittitur, similiter testes producti pro fisco qui sint, siue idonei, siue non, & siue super capitulis, siue super interrogatorijs Reorum ad eorum instantiam debent examinari. Homod. consil. 101. numero vigesimosexto, quia in hoc fiscus non inuenitur priuilegiatus, sed quod ei licet, vtique Reo permittitur. Peregr. de iur. fisc. vnde si ex aliqua causa vigenti Pater contra filium, frater contra fratrem, vxor contra maritum, & contra, & ijs similes fuissent examinati, siue ad instantiam actoris, siue instante fisco pro fundanda eorum intentione, vtique pro Reis recipi poterunt, sed iudex vtroque casu arbitrabitur quanta fides eis adhibenda erit, iux. l. 3. de test. & capit. Iudicantem, tertia quaestione quinta, sed an isti sint admittendi, dixi supra in tertia par. Nec testes deberent iterum admitti ad destruendum de directo eorum dicta, quando maxime subeit timor subornationis, per supradicta; sed ad fauorem defensionum pro Reis, testes recipi possent ad defensionem, etiam si non essent omni exceptione maiores, Mazol. consil. septuagesimosextimo, numero decimo, Mascard. de probationi. conclus. 904. Gabriel. conclus. vigesimosecundo, Viui. comm. opp. 960. sed in socio criminis nullo modo procedit, nisi, vt supra Mascard. conclus. 1311. & 1357. verum Bertazol. consil. 338. volumine secundo, contrarium tenet, tamen remittendum esse censeo rehgioni recti iudicis, & si admittuntur contra Reum (quod magis est) cur non deberent admitti, pro & ad defensionem per supradicta. ad repulsam tamen admitti non debent, quamuis defensiones respiciat, quia repulsa est res odiosa. Doc. in l. parentes, vbi Bald. & Saly. C. de test. & dixi supra, in quarta par. Item in causa reconuentionis testis pro Actore recipi poterit etiam pro Reo, immo si causa fuerit annexa, dictum testis examinati pro Actore, poterit exhiberi pro Reo (si petierit) at si causa erit diuersa, denuo testis pro reo examinabitur eo instante, Bar. in l. nimis graue, & Fely. in cap. de testibus, eo. tit. vi. supra in veri testis qui contra aliquem, &c.

201. Modo redeundo ad ipsam repetitionem dixi illam in causa criminali penitus necessariam; quoniam antequam nomen delinquentis receptum sit inter reos, sumuntur informationes sapenumero ex officio, vt docet Saly. in l. fin. in fin. ff. de quaestio, & ibi Blanc. numero 335. qui dicit, tunc nomen receptum fuisse inter reos, quando citatur delinquens, vt statim dicam: immo aliud est esse Reum, vel quod nomen rei sit receptum inter Reos, primo casu sit Reus per citationem, secundo casu per contumaciam, sed penes me hæc subtilitas non tenet; solum attenditur quod nomen rei sit receptum inter Reos, & facit Gramat. consil. crimin. 15. numero primo, & sequent. & ita in effectu practicatur. Et quia hæc dicta recepta ad informandum tanquam

ante litem contestatam non tenent, vt dixi supra numero trigesimo septimo, in secunda parte, & melius in tertia par. sub numero septuagesimonono, lit. B. & vide de contestatione litis in causa crimin. Farinac. de Inquisit. quaestione decima, numero quinquagesimo 205 septimo, fo. 82. & dicitur lis contestata quando nomen rei est receptum inter reos, 206 ideo fit, quod citato reo, & comparente, si neget delictum iam indicatum, tunc opus est fieri repetitionem testium. deinde testium, & rei adinuicem confrontationem: & repetitio 207 nil aliud est quam noua examinatio super eodemmet examine iam facto, ar. l. repetendi, ff. de quaestio. pulcre Octa. Pedamon. decis. vigesimo octauo, vbi dicit quod quando facta est propalatio, siue in iudicio summario, siue coram iudice ecclesiastico metu censuræ ecclesiasticæ, tunc repetitio testium debet fieri cum pleno examine, & non per solam relationem, videlicet remittere se ad iam per eum deposita, sed extensè, ac si non fuisset alias examinatus iterum examinari debet coram Iudice cause. Doct. Menoch. de arb. iud. cas. 109. vi. Ballin l. fin. C. de test. & hoc quotidie euenit. Boer. decis. 108. numero quarto, & nono, est verum quod si testis petat sibi legi totum eius examen, & illud de verbo ad verbum confirmet, sat erit, d. cas. 109. num. 11. & Marant. de ord. iud. 6. par. de productione testium, numero vndecimo. Petr. Grillan. inter tractat. crimin. diuers. de modo procedendi, artic. 215. & 221. sed si iudex vult recipere iterum dictum testis extensè potest inuito teste. Cautela est ad evitandum falsitatem; quod testis petat sibi exhiberi suam primam depositionem, vt possit recte informari, et bene considerare, & rememorare ea quæ iam deposuit, nec incidat in errore in secundo examine, et si eam habere non potest, vt quia deposuit coram alio Iudice, alia cautela vtatur protestando quod si aliter dicere in repetitione acciderit contra, vel præter id quod prima vice deposuit, intendit se conformare cum primo dicto, & ex nunc se corrigere si aliter iam dixisse apparebit. Bart. in l. si cum §. a me, ff. de public. Tind. de test. capit. 10. Doct. in authent. sacramenta puberum de iureiurando, vi. Barto. in l. eos, ff. de fals. vbi dat cautelam, vt testis dicat se referre ad eius primum examen, quæ relatio est Admittenda, vt inquit Natta consilio 537. numero octauo, D. Menoch. de arbitr. casu centesimodecimonono. Ego autem non admitterem hanc responsionem, siue in teste, siue in Reo; in teste nisi factum esset antiquum, vel non de recenti; quia sæpe imbecillitas memoriæ vacillare facit, vt dixi supra numero centesimoquinquagesimosecundo: vel quando Iudici verisimile videretur testem non recordari, per ea quæ dixi in quarta parte, sub numero ducentesimo nonagesimosextimo, & ducentesimo nonagesimooctauo, vel quando ageretur de causa graui, vel ardua, & testes essent de recenti recepti & repetitio coram eodem iudice esset fienda, vel coram alio iudice ad quem causa esset delegata ob suspitionem iudicis ordinarij, vel quia Principi, ita magis opportunum visum sit. & sic tota hæc materia pro maiori parte est arbitraria, & negari non potest quin testes qui ita respondent, non sint valde suspecti.

Nec valet si vnus testis dixerit se referre ad dictum alterius testis, quia de sua propria, & non alterius scientia deponere debet. Rebuff. eo. tractat. numero decimo octauo, & vii. Viui. co. op. fo. 270. & repetitio fit etiam ad alium effectum, Nam inter testes sunt quidam alij nominati qui sciunt, aut scire præsuntur, & sunt nominati in processu ab alijs testibus, & examinati, negant scire; tunc iterum vocatis testibus, qui eos nominauerunt, & scire dixerunt repetuntur, conuincant testem negantem scire, dato iterum ambobus iuramento, & quatenus opus sit in causa graui adhibetur etiam tortura. Boss. tit. de tortu. & Bru. de indit. & tor. questione quarta, par. secunda, numero decimo, vndecimo, & duodecimo; verum si iste testis, qui negat, allegabit aliquod obiectum quod ob stare videatur, tunc debet ei dari terminus ad probandum, & si probabit exceptionem propositam, ob quam non sit danda fides testibus ei contrarijs, tunc iste testis non debet torqueri, quod no. Guid. de Suz. in d. tract. cri. diuerso. co. tit. de indic. & tor. numero 81. sic Bar. in l. vnus, §. iudex, ff. de quest. Nam potest esse quod testes affirmarent talem testem scire, vel interfuisse, non quia esset verum, sed per calumniam, vel ob aliam causam data opera illum nominauerint, & eod. modo testes possunt inter se repeti, & confrontari, & cum Reo compelli. Cartar. in eius pract. interrog. test. cap. primo, numero 93. & 95. vbi in crimine heresis (ait) non posse compelli, & quod si plures testes erunt confrontandi, singuli singulariter, & passim sunt confrontandi, & non omnes simul, & quando testes dicunt cognoscere aliquem ad effigiem, sed ignorare nomen, & cognomen, debet diligenter interrogari de qualitate personæ, de vultu, de barba, de statura, de indumentis, ac alijs conditionibus, & postea Reus inter plures personas est ostendendus testi. Cartar. vbi sup. c. 3. nu. 33. & hæc est

208 practica ab omnibus obseruata. Practica est, quod vocato reo, & citato teste, datur testi de nouo iuramentum super veritate dicenda, deinde interrogatur de facto super quo alias, & sic prima vice deposuit, & si dicat non recordari, remittendo se ad scripta in eius prima depositione, illa depositio debet legi ipsi testi de verbo ad verbum, aptè, clarè, & si affirmet quicquid iam deposuit, tunc vocato reo, coram iudice, datur & ipsi reo pariter iuramentum de veritate, & rursus interrogatur super delicto, qui reus si persistit in primo examine, eo quia adhuc negat delictum, tunc fit con-

209 frontatio rei & testis, quia si plures sunt testes contra eum, singuli separatim confrontandi sunt, sicuti etiam repetendi facta mutua personarum recognitione. Qua confrontatione secuta, aut vterque, scilicet reus, & testis persistit in suo dicto, aut reus totum, vel aliqualiter fatetur delictum, & terminus datur ei ad

210 suas faciendas defensiones, sed prius immediate post confrontationem citatur accusator, & fiscus ad subministrandum alia inditia si quæ habent contra ipsum reum, & si in termino alios testes produxerint, debent examinari, & confrontari si opus erit, nec repetendi

211 sunt isti, quia post li. cõt. sunt producti, postea verò datur terminus congruus, vt supra

reò ad se defendendum, qui terminus semper est dandus reo, nec est properandum ad condemnationem, vt multi mali iudices faciunt, contra quos inuehit Paris. de Pur. tract. find. in verb. ad condemnatio. cap. 4. nu. 13. Hæc omnia sunt notanda, & comedenda per nos Iudices iuuenes, quia quotidiana sunt, & satis clara, & ista est mera practica.

E Insuper si testis antequam repetatur moriatur, tunc loco repetitionis legitur eius dictum Reo, & deseruit pro repetitione, & ita obseruatur. Clar. d. q. 45. vers. ceterum. Castr. in l. fin. C. de test. Mille. pract. fo. 84. num. 17. quod verum extimo quo ad procedendum, & etiam quo ad condemnandum in contumaciam, vt per Sfor. Od. quem adducit. Baiar. ad Clar. d. q. 44. sub num. 28. vbi dicit contumaciam causam esse quod fiscus non egeat plena probatione, & licet testes sint mortui, tamen repulsari possunt eorum dicta, secundum tex. in l. fi. C. de test. vbi Bal. & Mille. pract. versic. vicario, numero 18. & refert Carauit. Rit. 73. in fin. ea ratione, quia causa repulsæ non fit cum teste, sed cum parte, & Bald. d. l. fin. dicentem repulsam non fieri ad effectum puniendi, sed ad fidem rei testificatam, & quo ad repetitionem Clar. admonet eam non fieri ad instantiam partis, quia sæpenumero inuoluunt processus, quod verum est si non aduertatur bene ad interrogatoria, quæ à parte dantur, & super quibus testes repetendi sunt, vt est de iure. Cartar. de interrog. Reis lib. 3. cap. 11. numero 56. cum seq. Alber. eo. tractat. de test. cap. 8. doc. in cap. præsentium, §. testes, & Ianua, & Mantua seruatur: non sic in statu Mediolani, oportet enim vt interrogatoria illa refecantur, quæ de directo destruerent dictum testis iam examinati, & illa interrogatoria, quæ haberent vim capitulorum quasi per indirectum fierent defensiones Reorum, vt per Farinac. de test. quaest. 73. num. 72. tanto minus non sunt admittenda quando sunt contra propriam rei confessionem, vt per Baiar. ad Clar. e Farinac. loc. cit. admittenda interrogatoria, quæ concernunt declarationem dictorum testium, & circumstantias; cætera verò tanquam impertinentia sunt reiicienda, vid. Bal. in l. edita, C. de eden. & circa interrogatoria vi. Farinac. quaest. 73. per tot. vbi more solito latissime tractat. eod. tit. nostro car. 297. sed si coram Iudice testis examinatur, posset interrogari etiam ex officio tam in ciuili, quam in criminali causa iuxta occasionem tunc adiecto testis emergentem, & sumere (vt fertur) consilium in Arena, licet multi sint, qui per interrogatoria existimant habere victoriam, sed quandoque interrogatoria sunt causa amittendi, & succumbendi: & ideo, hæc ars non quadrat in eruditis, in expertis, & iuuenibus inconsideratis, vi. Bal. in d. l. testium, C. de test. Gail. obser. 95. si igitur inquisitus vult se defendere, exhibeat capitula, & alios testes, quia non deficit alia via iuridica se defendendi, quod no. in practica posset etiam repetitio nocere parti petenti eam fieri, pro qua iam testes deposuerunt; nam si contrarium dixerint in repetitione, standum erit huic secundo dicto, & sibi imputet pars, cap. damnium de reg. iur.

Non tamen est necessaria testium repetitio quan-

quando Reus protestatur habere testes pro
ritè, ac rectè repetitis, & confrontatis; sed non
obstante hac protestatione, si adhuc non fue-
rint publicati, vel copia non sit edita, possit
Reus penitere reuocando dictam protestatio-
nem, nam adhuc re integra repetendi erunt.
Homod. consil. 101. numero 33. vbi alleg. Hie-
ro. Gabriel. consil. 178. numero 17. lib. primo,
vbi ait non sufficere talem protestationem,
vel oblationem, nisi pro repetitis habiti verè
fuerint. Vulpell. consil. 32. inquisitio. numero
sexto, & no. quod aliud est, quod Reus offerat
se habere testes pro repetitis, aliud est prote-
stare, quia protestatio acceptata nocet prote-
stanti. Roland. à Vall. consil. 69. numero 46.
volumine quarto. Ille verò qui iam protesta-
tus est habere testes pro repetitis, si ante re-
ceptam copiam dixerit penitere, debet doce-
re causam iustam ob quam peniteat, vt est do-
cere de errore, sicut in teste. Fely. in cap. prò-
terea, de test. cog. Capic. decis. 61. num. 12. ne
fortè videatur deludere iudicium. Nec in iure
inueni in aliquo loco, quòd in protestatione
sint omnino necessaria illa duo verba, ritè,
rectèque, pro vt in d. consil. 101. Homod. sub
numero 33. videtur innuere, quia etiam quod
omissa sint, verbum simpliciter prolatum,
vt est, pro repetitis, intelligitur cum effectu, &
in eius potentiori significato, l. prima, §. pri-
mo, quod quisque iur. nam qui vult conse-
quens, videtur & velle antecedens cum om-
nibus qualitatibus requisitis, l. illud de Her.
institu. Causalca. decis. 38. num. 7. par. 1.

Vnum volo tibi dicere in materia repeti-
tionis, quod testes appositi in vno instrumen-
to, cum altero annexo in quo omitti sunt,
præsumentur in isto repetiti ac appositi, & in-
strumentum valet secundum Bald. Angel. &
Imol. in l. patris, & filij, ff. de vulg. subst.

113 Verum si testis (vt sepe numero contingit)
in repetitione negat id, quod in primo exami-
ne deposuit, fortè quia subornatus, vel timeret,
tunc dicitur esse inter duo iuramenta, & po-
test, & debet torqueri, & illud attenditur di-
ctum, quod ratum habet in tormentis, vt su-
pra latè dixi in materia torturæ, numero 147.
in proxima præcedenti par. & addo Bal. in l.
3. C. de adult. idem in l. fin. C. de questio. & An-
ge. Dulcet. in suo paruo trac. find. numero 39.

214 & 40. & nota etiam, quòd confrontatio fit
quotiescunque dictum testis de directo con-
trariatur assertioni rei examinati, ex qua op-
215 positione veritas magis fulget propter vir-
tutem oppositorum. arg. l. vnice, §. sed cum tri-
plici in prin. C. de cad. toll. quam confronta-
tionem laudo plurimum, sicuti plurimum est

216 necessaria. Rursus memoriæ repeto, licet su-
pra dixerim, quòd si testis sit eius conditionis,
quod non admittatur sine tortura, pariter in
repetitione, & confrontatione tortura adhi-
beretur, vt est videre Clar. §. fin. q. 45. versic. cæ-
terum, quæ præct. est modernorum, & anti-

F quorum assessorum, Facit Marf. in sua præct.
§. testat. numero 9. diffuse more solito de Re-
petitione trad. Farinac. d. tract. de test. q. 66.
numero 255. vsque ad num. 316. vbi quid in ci-
uili, quid in criminali, & quid ad instantiam
partis, quid ex officio, & quid ante publicatio-
nem, & quid post tenèdū, & si aliquis testis re-
darguitur de falso, tūc retardatur sententia sup-

causa ciuili, donec excussa sit causa falsitatis.
Clar. d. §. si. quæst. 2. versic. sed quæro, vbi idem
dicit quando agitur criminaliter cōtra Reum
tanquam testium subornatorem facit Capic.
decis. 25. & sic no. quod pendente iudicio cri-
minali, siue principaliter, siue incidenter in-
tentato, ciuili causa suspenditur. Doc. in l. edi-
217 ta, C. de eden. & pulcrè Clar. d. quæst. 2. Item
aliud sciendum est, quod testis qui falsum de-
posuit coram iudice, alias incompetenti, pro-
pter periurium efficitur de eius foro, & per
eundem iudicem de falso poterit puniri, quæ
opinio adeo communis est, vt nullus in con-
clusionem audeat discrepare, præter Bal. qui de
communi testatur in l. nullum, vbi alij om-
nes, C. de test. & in l. si lis, C. ad leg. Corn. de
falsi. tenet idem Bald. in l. hoc iure, §. aqua, C.
de aqua quot. & astiua. Abb. in cap. 1. col. fin.
de crim. fal. Spec. eod. titu. §. primo, colum. 20.
versic. sed qualiter. Vant. tract. null. ex defect.
iurisd. nume. 48. & 49. & 50. secus est in cle-

218 rico, qui licet coram iudice laico deponat,
tamen ad suam iudicem ecclesiasticum debet
remitti, cap. si diligenti de foro comper. & ista
est magis communis opinio, & seruatur, vt te-
statur Bar. in l. Diuus pius, in fi. ad leg. Corn.
& Cano. omnes in cap. verum de foro com-
perent. Marf. in tit. ad leg. Corn. de falsi. nu-
mero duodecimo, Marant. Spec. aur. actū 12.
numero quarto, & Ziler. ib. in addit. lit. A. &
ita debet intelligi Bar. in d. l. Diuus pius, &
Matth. de Afflict. idem tenet, qui tres princi-
pales opiniones ponit in hoc articulo decis.
220. Capic. decis. 5. vi. A. fin. præct. §. 20. cap. se-
ptimo, numero primo, & qualiter testis falsus

219 sit puniendus ponit Guid. Pap. quæst. 42. te-
stis, & vide Ange. tract. malef. in verb. falsi-
fario, versic. quæro, & si testis citatus noluerit
comparere habebitur pro confesso, ad quod
vi. Foller. in eius præct. in versic. & si confite-
buntur 4. par. 3. par. sub numero 90. primo,
quòd sit de ipsa falsitate accusatus; secundo,
quòd in iudicio falsum deposuerit; tertio
quòd ex actis, & processu de falsitate appa-
reat; quarto quòd sit examinatus coram iudi-
ce, & non coram actuatio, nisi iudex vices ces-
serit, & cedere potuerit; quinto quòd depo-
suerit per verbum affirmatiuum, & non per
verbum credere; sexto, quòd ipse scienter fal-
sum deposuerit; septimo, quòd dolosè falsita-
tem dixerit; octauo, quòd sit sagax, & non
ignarus; nono, quòd falsitas noceat, vel no-
cere possit; decimo, quòd falsum deposuerit
super capitulis, vel articulis ad instantiam par-
tis productis; vndecimo, quòd falsitas sit su-
per substantialibus, & non accidentalibus;
duodecimo, quòd falsitas non resultet ex di-
ctis hinc inde testium ad inuicem contrarian-
tibus, sed ex ipsiusmet dicto: alioquin, vt alias
dixi hæc esset repugnantia, & non falsitas, vt
per Grammat. decisio. 60. tertiodecimo, re-
quiritur quòd testis sit citatus cum insertione
eius falsæ depositionis, quòd nil aliud est,
quam transmissio inquisitionis; quattodeci-
mo, quòd in vltimo peremptorio, nec testis
citatus, nec alius pro eo comparuerit; quin-
todecimo, quòd testis fateatur eius depositio-
nem in iudicio: alioquin si dixerit aliter dixisse
quam scriptum sit, de falso non punietur;
sextodecimo, quòd eius confessio non sit re-

pro-

- probata contrarijs depositionibus; decimo-septimo requiritur quod contumacia ritè, rectèque processerit, & in materia huius contumaciæ, vi. Cartar. de execut. sentent. capt. Ban. cap. finali, numero 272. postremò No. quod testis, qui in primo examine tacuit aliquam veritatem, vt quia interrogatus respondit nescire, & in secundo examine contrarium dixit, potest puniri de falso, nisi rusticitas, vel ruditas, vel defectus memoriæ illum excuset,
- 220 de quo est pulcrum consil. Bertaz. 246. volumine primo. Immo si iudex laicus vellet non remittere testem clericum ad iudicem Ecclesiasticum, caderet in censuram excommunicationis, vt in simili dicitur de occupantibus bona Ecclesiastica, cauetur per Concil. Trid. cap. 1. sess. vigesima secunda, cap. si quis suadente, decimo octauo quæstione quarta, trad. Put. de synd. in verb. remissio. cap. primo, numero primo, & ibi dicit qualiter fieri debet talis remissio, quæ non debet esse iniuriosa, nec ludibriosa, in conspectu populi, & No. quod si testis post eius depositionem dixerit se falsum deposuisse, ei non creditur si habet contestem, & hoc intelligendum esse iuxta distinctionem de qua per Gabriel. com. conclus. de test. conclus. trigesima secunda, libro septimo, vbi in materia delictorum loquitur.
- 221 Examinatis tandem testibus, iudex publicat processum, & decernit copiam parti habere volenti, vt dictum est supra numero 124.
- 222 proxima præcedenti par. Ast curent iudices, ne ante aperturam testium depositiones eorum videre faciant, quia tenerentur pœna falsi, & l. prima, in princip. C. ad leg. Corn. de falsi. & faciunt adducta per Put. de synd. in verb. iudices, cap. primo, pract. Stiac. cap. decimo octauo, numero 63. idem de notarijs
- 223 quos auaritia excæcat. Hippocr. de Mars. in 224 l. pœna legis, §. ijs, qui peruertit, numero tertio. Pœna qua plecti debent, est extraordinaria, vt per Caball. Milleloq. 937. in secunda par. vbi ait si pars aduersa aperiat attestaciones tanquam falsarius punitur, non pœna falsi, sed arbitraria, & illas impugnare postea non poterit, cap. cum olim, vbi Doct. de offic.
- 226 delegat. & rationem assignat, quia attestaciones debent esse partibus secretæ, l. multum, C. de test. Lanfranc. in dicto cap. quoniam contra, de probat. Immo testis ipse non debet testimonium suum propalare in criminalibus ante aperturam. Décia. de delict. tom. secundo, lib. septimo, numero decimo quinto, & per 10. illum tit. ait de reuelantibus secreta, & aperientibus literas, vbi pulcrè, & latè, & de Sacerdote, qui confessionem reuelat habetur in cap. si sacerdos de offic. ord. vbi puniendus est, non tamen valet eius dictum in foro fori. Crot. de test. numero 350. Rip. tractat. de pest. tit. de remed. numero nonagesimo nono, & centesimo, qui dicit hoc in casu non officere censuras, & numero centesimo septimo, fallentias ponit in casu Matrimonij, & in Notario, & quando cum licentia penitentis, de quo sup. dixi, & in genere vi. ibi. vi. sup. sub numero 195. pariterque testibus debent esse secretæ, ne vnus sciat, quod alter deposuit, tex. in l. minime, de leg. & sunt arcana, quæ in pe-
- 227 ctore iudicis debent custodiri ne reuelentur partibus propter maximum subornationis periculum contra autem reuelantes secreta Curia, vi. de Brachio Regio, in quinta pars sub numero 175. sed de consuetudine quorundam locorum, vt etiam in Ciuitate Ianuæ obseruari vidi, quod in causa criminali ad offensam, tradi solet copia iudiciorum quæ reuelanti, vel assistenti accusationi ad subministrandum alia inditia ante examen Rei, & aliquando post, sed ante aperturam testium, suppresso tamen nomine testium, quod in causis grauissimis, maxime subsistente Brachio Regio de quo dicam in fi. huius partis fieri potest, per l. prima, de test. & per supradicta numero tertio, hac eadem par. similiter dictum testis illi testi edi potest ante aperturam. Tinda. eo. tractat. cap. vndecimo, Boer. decis. 108. numero octauo faciunt, quæ supra dixi numero 200. et sup. numero 207. lit. x. circa med. & Clar. §. fin. quæstione quadragesima nona, versic. danda est autem, vbi non esse dandam copiam accusatori ait, nisi in atrocissimis delictis. Idem dicitur, quando iudex reuelaret sententiam, quam laturus est, vt per Angel. de Pelus. eod. tract. numero decimo quinto, cum seq. quo casu tanquam suspectus posset recusari, vt pulcrè per Hon. D. Caualea. fratrem meum, in decis. vigesimo octauo, in secunda par. vbi ponit omnes causas suspicionis. Publicatis attestacionibus habita copia attestacionum terminus ad reprobandum dictate stium peti debet, vt superius dictum est, in prox. præcedenti par. numero 185. in qua reprobatione seruat ordo, qui talis est, & vt rectè intelligatur dico, practicam esse quod postquam actor citare fecit reum ad videndum recipi, & examinari testes, vt fieri debet, reus poterit opponere aliquam exceptionem contra personam testium, quæ obiectio regulariter, antequam ad vltiora procedatur debet probari, & cognosci, iuxta ea quæ sup. diximus numero 199. & si sit de illis, quæ ipso iure testem repellant, & de quibus iudex præsumitur habere scientiam absque eo quod probatur obiectio, testis actoris non est ultra examinandus, idem quando obiectio esset probanda, & in effectu probaretur, & hoc dictum sit, quo ad reprobationem testium, ante publicationem processus. At facta dicta publicatione eo debito modo quo supra dictum fuit, reus habita copia processus, in termino petito ad repulsam, & à iudice concesso, tenetur probare exceptiones suas idoneas, & concludentes necessario, sicut & probatio, l. neque natales, & l. ad probationem, C. de probat. Caball. milleloq. 941. numero tertio, in secunda par. & supra dixi numero 199. in præceden. proxima par. & intra debitum terminum à iudice præstitum, quo elapso, intelligitur esse facta publicatio dictæ repulsæ testium, sed pendente termino ad contradicendum testibus, non potest Iudex examinare dictos testes repulsandos, l. siue pars, vbi Bar. & Bal. C. de Dilat. cap. significante de appellat. postea verò sic. Nam attestaciones nulliter receptæ etiam post publicationem recipi possunt. Abb. in cap. ex tenore de test. Fely. in cap. per tuas, eo. sed antequam Iudex admittat partes ad reprobandum, multa considerabit, secundum Rebuff. eod. tract. de test. glo. 1. nu-

numero trigesimo septimo; primo, an sit necesse reprobare, quia si actor non probasset eius intentionem, frustra fieret reprobatio. Nam non creditur testibus, quorum repelluntur Authores, c. licet, de test. Rimin. Iunior, consilio sexagesimo, numero tertio, libro primo, sicut non creditur plus copia, quam originali actor vero repellitur, qui suam intentionem non probavit, l. qui accusare, C. de eden. secundo considerare debet an reprobatio sit concludens, & exclusiva iuris agentis. Item & tertio, si ex actis constat de exceptione, non expedit probare. Item, & quarto, quando repulsans non iuravit de calumnia, de quibus satis dictum est supra in tertia parte, sub numero sexto. Actor autem qui cognoverit suos testes fuisse reprobatos per testes rei reprobatorios, pariter
 233 petet terminum a iudice ad repulsam repulsam, id est ad improbandum testes qui suos reprobauere, & per consequens ad coadiuuandum suos testes, ad suam intentionem probandam productos, & sic denuo alios testes proponat
 234 ducet iuxta regulam vulgarem, quae de nouo emergunt nouo indigent auxilio notissimo, text. l. de aetate, §. ex causa, ff. de interrog. actio. cum simil.
 235 Quo facto ne in infinitum lis protrahatur, contra text. l. inter diuinum, C. de Sacrosanct. Eccles. & l. proferendum, C. de iudic. & Felyn. in cap. licet tertio, de probat. Lancellor. de Perus. institut. Canon. titu. de probatio. lis debet terminari, & illi qui continue litigant, appellantur litium Redemptores, a Farinac. eo tractat. de test. questio. quinquagesimo sexto, numero 461. & ij repelluntur a testificando ad instar calumniatorum, quia tales praesumuntur. Menoch. de praesumptio. libro quinto, praesumpti. vigesima quinta, numero septimo. Rom. singul. 318. Crott. de test. in quarta parte, numero centesimo octuagesimo tertio, & alios adducit Farinac. vbi supra, numero 461. car. sexagesimanona, illud autem non conceditur reo, quod iterum reprobare possit reprobatores, siue primos, siue secundos actoris. nam fat est semel reprobasse probando exceptiones suas, adeo quod actor duas habet tertium productiones, & reus vnam tantum, secus si reus efficeretur actor, vt supra dixi, quoad negocium principale, & non quoad exceptiones
 237 probandas, vt est videre in tertia parte, numero centesimo nono, cum sequen. quia tunc duas reus productiones habebit, & actor vnam tantum, quia subiit locum actoris, cap. licet dilectus, de test. & ista est vera, realis, & vbi que locorum practica ad vnguem explicata, secundum etiam Maran. Spectu. aur. in actu repulsae, par. sexta, & Lanfranc. de Ori. eodem tracta. de test. numero quinquagesimo secundo. Nec
 238 omittam, quod terminus ad reprobandum, & omnes alij, vt dixi regulari secundum statuta locorum, & quot dierum velit dare dilationes, vel abbreviare est in arbitrio iudicis. De iure communi terminus ad reprobandum est dimidium eius, quod datum est actori ad proponendum. Non tamen vos fugiat, quod succumbens in exceptione, aut in replicatione, vel super aliquo emergenti, sit actor, sit reus, statim est condemnandus in expensis illius articuli, vt est videre practic. Strac. cap. secundo, numero decimo quarto, & transactis terminis & probatis probandis, reprobatisque repro-

240 bandis, iudex suam sententiam tulit secundum acta, probata, & allegata, vt per Dec. con filio quinquagesimo primo, numero nonagesimo primo, & sequen. volum. secundo, car. 396. D. Caualean. decisio. trigesima quinta, fol. 278. in prima parte, Aegid. eodem tractat. de test. in principio, & qualiter, & quomodo iudex se
 241 habere debet in iudicando, & sententiando, vltra alios, ponit practic. Strac. cap. vigesimo quarto, per tot. vbi multa bona dicit, & est recurrendum ad text. iam allegatum in cap. iudicantem, trigesima quaestione quinta. Lata Migitur sententia, reliquum est videre, an sententia, ex falsis testibus lata, vel per falsa instrumenta, sit ipso iure nulla, vel annullanda: haec est materia, l. falsam, cap. si ex falso instrumento, de qua Barto. in l. Diuus, ff. de re iudic. Canon. in cap. licet, de probatio. hanc questio. excitat Capell. Tolos. Decisio. ducentesimo octuagesima secunda, vbi plures allegat, & distinguit: aut sententia est lata contra praesentem, & non est ipso iure nulla, sed retractanda, per restitutionem in integrum, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, aut contra absentem dolo aduersarii, & tunc est ipso iure nulla; aut sine dolo, & tunc retractanda, vt supra. sed si per sordes, aut gratia tantum, contra minorem est lata, ipso iure nulla dicitur, si contra maiorem, venit rescindenda, late Vati. de nullitat. ex defect. process. numero centesimo trigesimo secundo, & sequen. vi. Sforz. Odd. de restitut. in integr. quaestione septuagesima sexta, per tot. vbi plenissime hanc materiam examinat; idem Capell. Tolos. decisio. ducentesimo octuagesima tertia, vbi profequendo ait quid probare oportet, an sufficiat probare tantum testes falsum dixisse, an etiam corruptos extitisse, iuxta ea quae dixi supra in secunda parte, numero sexagesimo quinto, lit. q. & concludit fat esse probare, quod testes falsum deposuerint. Barto. in l. Diuus, de re iudic. distinguendo pariter ait, quod si in vna oratione, hoc est in vno capitulo vtrunque sit capitulatum, vtrunque probandum fore. secus si in diuersis capitulis, vi. Pap. in form. libell. in act. reall. glo. non se astringens, & pulcre Clar. sed si falsitas ex actis oculis, Clar. falsum, vers. quero nunquid pateat, quia notorie ex actis constare dicitur, cap. quoniam, contra de probatio. tunc fat est dicere sententiam nullam ex falsis testibus retractandam esse absque alia probatione, sed allegare tantum quod in actis falsitas patet, Lap. allegatio. octuagesima prima, numero tertio, & quinto, & ad hoc vi. omnino Gabriel. commun. conclusio. titu. de senten. conclusio. decima, per tot. & Boss. in titu. de publica. process. numero septimo, & propius in titu. si ex fals. instrum. vel testibus, & numero tertio, vbi ait, quod coadiuuantibus alijs probationibus nouis, sententia retractari poterit; sed re vera si sententia fuerit lata in causa criminali, & testes ex actis manifeste falsi apparuerint, executioni non demandabitur, sed iudex emendabit, Marf. in pract. §. oportune, numero decimo, cum sequen. & a numero vigesimo primo, vsque ad numerum vigesimo septimum, vbi pulcre loquitur, & ideo iudices cauere debent exactissime antequam decidant, ne litem suam faciant; sequendo mores futurorum, qui prius reiteratis vicibus mensurant, & postea cedunt, Bald. de sindicat. numero

ro secundo, & in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offic. proconsul. & legat. Et etiam executio dictae sententiae retardabitur pendente disputatione super oppositis contra testes, vt dixi in pra. in tertia parte, sub numero ducentesimo vigesimo secundo, lit. g. vbi vide. Nec executio ciuili fieri potest in statu debitoris ad eius honorem erecta, vt l. Aufidius, ff. de priuileg. credit. nisi esset fidei iuratus, & dolo se falsitas, quia reatus omnem decorem tollit, & in tantum est verum, quod sententia lata ex falsis testibus poterit retractari, etiam si transferit in rem iudicatam, per liquerelam, vbi Bart. & alij, C. de falsi. & text. in authent. de test. §. quia vero, Specu. de probatio. §. videndum, numero vigesimo quinto, quando praecipue non fuit cognitum de falsitate in primo iudicio ad effectum, vt sententia sequi non possit carens veteris probationibus, Barto. in l. prima, C. si ex falsi. in iur. sed hoc remedium non competit sine restitutione, vt de communi testatur Iaf. in d. l. Diuus, columna penultima, ff. de re iudi. quae restitutio de iure concedi debet, ex dicta placula generali, de qua Doct. in l. doli clausula, de verb. obligat. & debet peti infra quadriennium, vt pulcre Boss. in dict. titu. si ex falsi. in iur. vel testibus, n. secus si exciperetur tantummodo contra testem ad damna, & interesse ob eius falsitatem, Boss. vbi supra, numero septimo, & sequen. & ratio est, quia crimen falsi ventilatam cum teste tantum, vel cum rebellionem iuxta ea quae dixi supra in secunda parte, numero sexagesimo secundo, lit. o. non officio parti, quae sententiam obtinuit, nec fisco. & ideo executio sententiae non suspenditur, secus si accusetur testis, & pars simul, quia questio est praedicialis, vt not. Cyn. in l. prima, C. qui accus. non poss. Bald. in l. Lucius, columna secunda, ff. de ijs, qui not. infant. Boss. in dicto titulo, vbi concludit hoc remedium competere spacio viginti annorum. Et haec pro viribus dicta sint ad laudem Omnipotentis Dei, Gloriosaeque Deiparae Virginis Matris Mariae ac Beati Francisci, Sanctorumque omnium Coelestis curiae. Quibus hocce opus, meque ipsum commendatum facio.

S V M M A R I A C O N S I L I I.

- 1 Arbor agnationis probat contra producentem in iudicio.
- 13 Aliud est vocare proximorem de domo, vel agnatione, aliud est dicere de linea, vel collatione testatoris.
- 23 Appellatione proximioris, Nepos non concurret cum Patruo.
- 27 Attenditur gradus existens tempore purificationis conditionis.
- 45 Amicitia suscipit magis, atque minus.
- 47 A proprietate verborum non est recedendum.
- 63 Allegare maius fuisse dicitur, quam scriptum ad praedictum tertij non licet.
- 88 Aliud est honorare, aliud est onerare, & de vno non infertur ad aliud.
- 91 Affectionem in genere, vel in specie habere erga agnationem, quid refert.
- 10 Agnatus proximior infra. Proximior.
- 17 Clausula ordine successiuo, vel saluagradus pra-

- rogatua, quid importat, & num. 19.
- 29 Coniectura odij est debilis, & parum operatur, & num. 31.
- 30 Coniectura affectionis quando militat.
- 32 Cessante causa odij cessat effectus.
- 39 Cauallosi & phantastici, qui vere dicantur.
- 69 Causa pauperum est diligenter, & charitativè tractanda.
- 14 Differentia inter coniunctos ex vno latere tantum, vel utroque, in successione transversalium, post fratres, sublata est.
- 49 Declaratio facta circa dispositionem testatoris, sine eius ordine expresso non valet.
- Declaratio mentis testatoris facta ab eo, quem testator elegit ad declarandum tenet, ibidem.
- Declaratio, quae mutat, & alterat sensum, & verba non dicitur declaratio, sed Dispositio, ibi.
- 51 Declaratio mentis testatoris per testes facta ante, vel post testamentum an teneat, & numero 38.
- 52 Declaratio stans in puris, nil noui dat.
- Declaratio egrediens suos terminos, transit in dispositionem.
- 53 Declarare quid sit, & qualiter declaratio non disponit, sed dispositum detegit ab conditum.
- 58 Declaratio quae aliunde obuenit, quam a testamento, & extra verba testatoris, non admittitur.
- 60 Declaratio, quae alterat qualitatem subiecti, & substantiam verborum dicitur dispositio, & non declaratio.
- 86 Dispositio fideicommissaria est accipienda pro vt loquitur.
- 47 Dicitio, magis quid praestat.
- 54 Dispositio quando ab initio retenta verborum proprietate verificari potest, nunquam ad sensum improprium recurrendum est.
- 16 Domus, & agnatio, idem sonare videntur.
- 66 Errorem allegans in testamento, vel in alio contractu tenetur illum probare.
- 95 Exceptio ista, de te non loquitur substitutio, semper proponi potest.
- 80 Falsitas quoad poenam excusari potest, sed non quoad conuadandum dictum testis.
- 18 Filius quando personam patris representat.
- 26 Fictio representationis, non habet locum, sed gradus proximitas.
- 93 Fundamentis sublatis, corrumpit superaedificatum.
- 85 Haeredes instituti, an mentem testatoris declarare valeant.
- 44 Incertitudo an vitiet legatum.
- 46 Inter duos amicos si instituat a Titio amicus haeres, de quo sit intelligendum.
- 48 Inclaris, cessant coniecturae, praesumptiones, additiones, suppletiones, communis vsus loquendi, consuetudo, & testes.
- 94 In dubio semper est indicandum pro testamento, & non pro dictis testium contra testamentum.
- 94 Illa dicitur tutior via, in iudicando, quae imbaree testamento, & verbis in eo scriptis.
- 37 L. haeredes palam, §. si quid post, ff. de testa. & l. duo sunt Titij, ff. de testa. intel. declarantur, & num. 43.
- 41 Legatum factum personae incerta, an teneat, & 44.
- 27 Mors omnia soluit.

- 30 Mors, & vita in manu Dei.
- 81 Mendacium (præter obliuionis causam) nunquam est excusabile.
- 33 Nemo præsumitur immemor salutis æternæ, præsertim dum cogitat se moriturum.
- 87 Non sufficit velle, nisi fiat, & qui non facit dicitur nolle, ibidem.
- 79 Notarius in examine testium redditur suspectus si scripserit eadem responsionem valde prolixam tam de vno teste, quam de alijs.
- 12 Oratio coniuncta resoluitur in disiunctam, vt dispositio locum habeat.
- 31 Odij coniectura, in dubio cessat, sed odiosi non includuntur in generali testatoris ordinatione.
- 34 Odium in dubio non præsumitur, multo minus, in confesso, & contrito.
- 82 Obliuio præsumitur transacto decennio.
- 90 Ordo scripturæ quando operatur in testamento.
- 2 Proximio vocato ad fideicommissum ordine successiuo, ille dicitur vocatus, qui tempore purificatæ conditionis reperitur proximior.
- 3 Proximior dicitur, quem nullus alius præcedit.
- 4 Proximior in fideicommissio transuersalium, in quocunque latere admititur.
- 5 Proximio vocato, an intelligatur de proximio testatoris, vel grauati.
- 8 Proximio vocato, in dubio intelligitur, de proximio testatoris.
- 9 Proximitas grauati, non attenditur, quando non est coniunctus sanguine testatori. Proximio vocare indefinite, vel terminanter post deficientiam lineæ multum differt.
- 10 Proximiores ab intestato regulariter sunt potiores in fideicommissio.
- 11 Proximior de agnatione, dicitur quoque, qui est ex vno latere tantum agnatus.
- 17 Proximio vocato, remotior intelligitur exclusus.
- 22 Proximio vocato ordine successiuo: seruata gradus prærogatiua: & secundum iuris ordinem: multum differt a vocatione simplici, et multum operatur.
- 25 Proximior vocatus, est, ac si expresse nominatus esset ille, qui tempore purificatæ conditionis proximior reperitur, & sub nu. 41.
- 34 Præsumptio, quæ magis fauet animæ testatoris, est fortior, & receptior.
- 41 Paria sunt, aliquid esse certum ab initio, vel ex post facto.
- 42 Paria sunt, quem proprio nomine suo vocatum esse, vel per aliam demonstrationem, quæ vicem proprii nominis habeat, & illius nomen significet, ibidem.
- 43 Paria sunt, aliquid ab initio esse tale, vel ex post facto, ibidem.
- 64 Proximior testatori vocatus, etiam ab intestato per successorium adiectum testatori succedere poterat.
- 28 Qui non succederet, vt remotior ab intestato, nec ex testamento succedet vocato proximio.
- 41 Quod a iure declaratum est, non eget alia declaratione.
- 48 Quando dispositio est clara, opus non est vt declaretur.
- 83 Quod non est verisimile, falsitatis imago est.
- 87 Qui non est vocatus, intelligitur consulto omisus.
- 89 Qui est tantummodo grauatus, nullo modo dicitur vocatus.
- 20 Representatio, quando locum non habet.
- 21 Representatio, non habet locum, nisi in duobus casibus tantum.
- 16 Singularitas resoluitur in pluralitatem, & pluralitas in singularitatem pro conseruanda dispositione testatoris.
- 26 Sermo indefinitus, qui alias vniuersali equipollet, quædo vim expressæ specificacionis habeat.
- 37 Substitutio vulgaris; quando non contineat pupillarem, & qualiter pupillaris tacita excludat matrem.
- 50 Scriptura est inuenta ad perpetuam memoriam regulariter.
- 7 Testatoris clara dispositio, non eget interpretatione per coniecturas. Testator in dubio præsumitur voluisse se conformare cum statuto suæ patriæ.
- 35 Testium virtus, & efficacia stat in dicto, bona, & concludenti ratione vallato.
- 40 Testator vocando proximio rem non dicitur ambigue disposuisse, & incertam personam nominasse.
- 55 Testator non posset post testamentum, recedere a proprietate verborum, & nouum sensum dare, nisi noua dispositione id fecerit.
- 56 Testator qui clarius loqui potuit, sibi imputet.
- 57 Testator, si non vocauit illum de quo in testamento memoriam fecit dicitur noluisse reuocare illum.
- 58 Testator qui primum testamentum mutare potuit, & non mutauit, dicitur uoluisse decedere cum primo testamento.
- 64 Tantum valet oppositum in opposito, quantum valet propositum in proposito.
- 67 Testis de proprio sensu probat contra producentem.
- 69 Testes contradicentes testamento debent esse omni exceptione maiores.
- 70 Testes singulares nullo modo probant, & in quo consistat testium singularitas.
- 73 Testes vt probent contra testamentum debent esse idonei, contestes & bonam reddere rationem.
- 74 Testes in dicto, & facto discordantes non probant.
- 75 Testis de auditu alieno non probat. Testes varij non probant, ibidem.
- 75 Testis ignarus conditionis testatoris illius verba, recensendo, ad destructionem testamenti non probat.
- 76 Testes loquentes per verbum Credo, uel mihi uidetur, uel pro certo, & indubitato habeo, & huius modi, non probant.
- 77 Testis nimium animose deponens reddit se suspectum.
- 77 Testis qui utitur uerbis nimium fauorabilibus, pro producente redditur suspectus.
- 78 Testes contrarietatem implicantes non probant, ibidem.
- 79 Testes deponentes per unum, & eundem præmeditatum sermonem non probant.
- 80 Testis impossibilia, uel non uerisimilia deponens nullo modo probat. Testis mendacium dicens, in totum repellitur, ibidem.
- 81 Testes mendaces tenentur ad interesse uersus partem.
- 84 Testes non faciunt testamentum, sed testator.
- 94 Testes producti contra testamentum, quamuis contradicant testamento, tamen si tandem se referunt testamento, illud comprobant.
- 84 Testamentum impugnant in re clara, dicuntur cauillofi:

- canillofi: & fodiunt in aqua, seminant in arena.
 Testamentum quod non dicit, nec nos dicere debemus, ibidem.
- 90 Tutoris officium est publicum, & dicitur habere onus & honorem.
- 47 Verbum, proximior, non recipit magis, neque minus.
- 54 Verba tunc impropriantur, quando sine tali interpretatione dispositio non ualeret.
- 61 Verba testatoris extra testamentum prolata, non disponunt.
- 71 Verba testium contraria testamento non tenent.
- 72 Verba directa, obliqua, uel communia differunt in re, & substantia.
- 73 Verba testium repugnantia non tenent.
- 92 Verba diuinatoria testium non probant.
- 24 Vocatus post lineam, si moriatur ante purificatam conditionem habetur, ac si non esset uocatus.
- 36 Voluntas testatoris coram testibus ante, uel post testamentum declarata, an tenet.
- 62 Vbi opus est factum, uerba non sufficiunt.
- 86 Voluntas testatoris non est aliunde sumenda, uel interpretanda, quam a testamento quatenus illius uerba patiantur.

DE VLTIMA VOLUNTATE
 interpretanda, & de uerbis testatoris ante, uel post testamentum dictis, & an standum sit testamento, aut Testibus, & de materia, l. heredes palam, ff. de test. l. uculenter, & utiliter tractatur.

Adsit Deus omnipotens.



Dum causa fideicommissi agebatur in possessorio inter D. Claudium de Tolomeis ex vna parte & Iacobum Andream ex altera parte, pro Claudio amico nostro respectu diuinitatis consulendo, ne proditor amicitia & ueritatis diceret, iux. c. nolite timere, 11. q. 3. non desertores sermones, sed ueriores amplectendo, c. sedulo, 38. dist. in. Itaque existimo, d. Claudium fouere iustitiam, ut in gradu testatoris proximior, et ad eum spectare bona fideicommissio subiecta, cum testator post nominatim uocatos in prima, & secunda Institutione, uocauerit proximiorē in gradu de domo, et agnatione de Tolomeis, d. Testatoris ordine successit, per fideicommissum, & omni meliori modo.

Nam præsupposita arboris descriptione, & descendencia omnium in ea nominatorum, apparet quod Claudius præcedat Iacobum Andream in vno gradu Testatoris. Claudius nempe est in quarto gradu, & Iacobus in quinto gradu, ut Instit. de grad. cogn. §. quarto gradu, & §. quinto gradu. Nec de hoc est dubitandum cum arbor ipsa agnationis exhibita in iudicio fuerit ab eodemmet Iacobo, quo sit ut Claudius releuatus fuerit ab onere probandi gradum suum proximiorē cum in ea appareat descriptus, arg. l. Pomponius, ff. de neg. gest. Nam exhibens scripturam in iudicio pro se, utique & contra se illam approbat. Bar. & alij

in l. Aurelius, §. idem quasi, ff. de liberat. legat. scrib. in l. 1. §. aditiones, ff. de eden. Bal. in l. si quis testibus, C. de test. Rot. Gen. decis. 133. nu. 3. decis. 77. nu. 15. Sed & à testibus gradus Claudij comprobatur, ut in processu, car. 47. §. 4. §. 5. §. 6. & 65. Et quod per arborem affinitatis, uel agnationis probetur gradus, trad. Simon de Pret. de ult. volunt. lib. 5. dub. 4. sub nu. 161. car. 124.

Et clarum est in iure quod uocato proximiorē in gradu ad fideicommissum ordine successiuo, ille qui tempore purificata conditionis reperitur proximior, potior est in iure, d. fideicommissi, l. ult. & ibi Doc. de verb. sig. l. cum ita, §. in fideicommissio, ff. de leg. 2. ubi co. Doc. & ille dicitur proximior quē nullus alius præcedit. tex. in l. 2. §. hereditas, & §. legitima, ff. de leg. agn. success. Doc. in l. proximus, de ver. sig. Rol. conf. 38. nu. 9. & 33. cum mult. seq. vo. 4. Didac. Coua. lib. Prac. q. c. 38. sub nu. 4. vers. Tertio. Cauale. decis. 9. sub nu. 35. vers. Quarto, & nu. 36. & 37. par. 2. est etiam tex. in §. admonendi, ubi gl. in verb. proximus. Instit. de her. quæ ab intesta. deff. & in §. ceterum ibi. si neque de leg. agn. success. Et maximè in fideicommissio transfuersalium ad quod proximior ex quocunque latere admittendus est, l. 2. §. hereditas proximo, ff. de suis & leg. l. 1. §. si quis proximior, vnd. cogn. cum alijs iuribus adduct. per Decia. consil. decimosextimo, numero primo, volumine primo, & ita sentiunt Doct. in dispositione hominis quos allegat Cauale. decis. 9. numero trigesimalotertio, & sequent. par. secunda. Minusque dubitandum est in casu nostro, an intelligatur de proximiorē testatoris, an grauati (de qua re ultra alias latè per Bolog. consil. si.) quoniam, cum uoluntas testatoris clara fuerit, & post eius filium & descendentes, fratrem suum ueterinum de alia agnatione uocauerit cum suis descendentes, & demum redierit ad proximiorē in gradu, domus, & agnationis dicti testatoris, clarè apparet uocasse proximiorē sibi testatori, Surd. consil. 31. num. 33. volumine 1. Peregr. de fideicom. Ar. 20. sub nu. 14. & hoc operari illa uerba dicti testatoris, quæ restrictionem importare uidentur, l. final. C. de hered. institu. & sic non possunt dici superflua, l. si quando, de leg. primo facit in proposito Menoch. consil. 106. num. 279. volumine secundo, ultra alias rationes, quæ adduci possent ad tollendum obiectum superfluitatis, præsertim quia in terra Petrasanctæ (ubi est testator, alia familia de Tolomeis adsunt, quæ tamen non sunt de linea ipsius testatoris quod in facto non negatur, & circumcirca dictam terram per plures ciuitates, & loca, tale cognomen de Tolomeis reperitur, vnde cum testator clarè locutus sit uocando proximiorē ipsius testatoris, non est uagandum circa coniecturas, l. continuus ubi Bald. de uerbor. obli. Illust. Mant. de coniect. ult. volunt. lib. 1. tit. primo, num. 11. car. 4. & lib. octauo, tit. 12. num. 30. & 31. Quamuis in dubio Florentiæ semper interpretatum fuerit pro proximiorē grauati, quotiescunque de hac re dubitare contingit, forte per ea, quæ tard. Vafq. de success. lib. tertio, §. uigesimosextimo, numero sexto, limitat. trigesima prima, & recenset. Marz. de fideicom. quæst. trigesima quinta.

Non

Non obstante quod in dubio de proximior testatoris intelligendum sit, secundum distinctio. Decia. conf. 9. nu. 19. vol. 2. quem Cra. adducit d. §. fideicommissum quæst. 18. sub nu. 1.

9 Et quod non attendatur proximitas grauati, quando grauatus, non est coniunctus sanguine testatori, tenet Peregr. de fideicom. d. articulo 20. numero 14. & 26. vbi etiam in relicto cognatis testatoris, propinquiores tantum admittendos esse ait iuxta notata per Bart. in l. si cognatis in fine, ff. de rebus dub. sed vi. per Theaur. decisio 69. & Rimin. iunio. consilio 283. volumine primo, & Ozasc. consilio 72. Gabr. commun. conclusio. de fideicom. conclusio. 3. Anton. Petr. de fideicom. quæst. 11. numero 8. cum sequen. in hoc enim casu nostro testator non vocauit proximior in infinitum, (de qua materia in l. Boues, §. hoc est sermone. vbi Tiraquel. de verborum obligatio.) Sed de vno deficientibus linea sua, & suorum descendentiū, ac linea dicti Bastiani de vanis, quibus omnibus lineis deficientibus, locus fuit fideicommissio purificata, resoluta, & extincta in persona dicti Claudij de Tolomeis proximior dicti testatoris prout obtinuit à Magnifica Rota Florentina, Anno 1606. de Mense Iunij me patrocinante, & pondus diei, & estus sine lucro supportante, sed ipso aliena liberalitatis, & laboris gaudente hac de causa Scutos decem millia.

10 Hinc dicitur quod in dubio proximiores ab intestato regulariter, sunt proximiores, & potiores in fideicommissio. tex. in §. penult. instit. de success. cogn. l. vlt. & ibi gloi. & Doctor. C. vnde legipt. Decia. consilio 1. numero 340. & 344. volumine primo, & Domus, & cognatio idem sonare videntur, vt per Curt. iunio. consilio 49. numero 8. Mantie. d. tract. de connect. vlt. volunt. d. libr. 8. titu. 12. numero 17. vti que Claudius de domo, & cognatione testatoris proximior solus inuocatione comprehenditur, cum non habeat æqualem, nec alium qui illum precedat, immo, & idem esset quando esset differentia inter domum, & agnationem.

11 Nam quod Claudius sit de agnatione; quia proximior non ambigitur, est enim de Tolomeis descendens à Iacobo primo de Tolomeis, à quo descendit quoque testator, & est text. in §. 2. institut. de legipt. agnat. success. Sumendo agnationem pro sanguine, & accipiendo domum pro cognomine de Tolomeis. In vtroque enim verificatur gradus proximior, in persona Claudij.

12 Similiter dicitur quod si intelligeretur strictè de domo ipsius tantum testatoris, si Claudius nõ esset talis, nec Iacobus eius aduersarius remotior in vno gradu, esset talis; quo casu solum esset attendendus gradus proximioris, sed sed re veratam Claudius, quam Iacobus descendunt à dicto Iacobo primo, & hac de causa cõtendunt, verum Claudius, vti in gradu proximior fuit admissus per supradicta, & facit reg. cap. vile per inutile de regul. iur. in sexto, & in proposito Capr. consilio 66 numero 7. & 8. vbi ait quod oratio coniuncta resolutur in disiunctam; vt dispositio locum habeat: circa quod plura allegat Caualea. Decisio. 25. sub nume. 6. parte tertia, nec illa dictio dicti testatoris restringitur ad coniunctos ex vtroque latere tantum testatoris, sed operatur quod intelligatur

de domo testatoris, & non de alijs domibus de Tolomeis quæ non descendunt a dicto Iacobo primo, quoniam vt supra diximus cognomen de Tolomeis in Petra sancta habet tres Ramos, Primus Taddei; Secundus Nicolai; Tertius Iacobi prædicti, à quo descendunt testator, Iacobus aduersarius, & Claudius noster, & sic ad differentiam aliorum supradictorum ramorum de Tolomeis præculdubio dicta verba dicti testatoris sunt posita, & resoluunt questionem paulò ante elicitam, an intelligatur de proximior testatoris, aut grauati, secus esset si dixisset de linea vel de colloquio dicti testatoris, vel apposuisset copulam, & vocãdo proximior, domus de Tolomeis, & dicti testatoris, per ea quæ tradit Barto. in l. 1. C. de summa trinita. & fid. cath. & alios allegat. Peregr. d. tract. art. 16.

14 Nec quicquã facit quod Iacobus sit ex vtroque latere coniunctus, & Claudius ex vno latere tantum ipsi testatori, cum Claudius, & ipse sit coniunctus ex latere patris: quoniam in successione transuersalium differentia ista inter coniunctos ex vno, vel vtroque latere post fratres, sublata sit, tum à iure communi, tum à Statuto Petrasanctæ, & de iure communi est text. in d. §. 2. institut. de legipt. agnat. success. l. 2. §. Agnati, ff. de suis, & legipt. hered. Bart. in l. 2. §. legipt. ff. eodem. Alexan. & alij in athen. Post fratres, C. de legipt. hered. Capr. conf. 104. nu. 1. Peregr. de fideicom. ar. 22. per tot.

15 Hinc est quod in hoc præsumitur testatorem voluisse proximior succedere iuxta dispositionem, nedum iuris communis, vt sup. sed statutorum Petrasanctæ, quia quisquis naturaliter affectionem habet ad patriam suam, l. peto, §. fratre, & ibi Doctor. l. cum ita, §. in fideicommissio, de legat. 2. Socin. in l. gallus, §. quidam testè. colum. 4. in princip. de lib. & posthu. vnde dicimus: *Dulcis amor Patriæ, dulce videre suos;* vt not. in l. qui habebat in verb. dulcissimè patriæ, de leg. 3. Et ideo sine proximior Claudius noster sit ab vno latere tantum, siue à duobus, admittitur sublata tali differentia. vt per Barto. in l. re coniuncti. versic. tertio quarto. de leg. 3. Didac. lib. pract. quæst. cap. 38. sub nu. 1. & sub num. 4. versic. secundo. Et tandem cum testator magis considerauit domum & agnationem suam quam personas horum altercantium, quos nõ expressit cum exprimere potuisset: ideo proximiori verè de dicta agnatione fauendum esse, vt in proposito. per Anchar. consi. 27. colum. 4. sub numero sexto, vbi in fortioribus terminis quando testator suos proximos vocauit, hic verò vocauit proximior, adeo quod res caret omni proptus difficultate.

16 Et ex abundantia dicitur, quod ad tollendam omnem dubitationem, si quæ oriri potuisset (circa verbum proximior) inter duos æquali gradu proximiores, dato casu quod testator vocauerit in numero singulari proximior, vt in casu isto lex ipsa voluit providere, vt singularitas conuertatur in pluralitatem, & quod ambo ad fideicommissum admittatur, vt decidit text. ad literam in §. si plures. Institut. de leg. agnat. success. & in l. 2. §. hereditas, ff. de suis, & leg. har. Peregr. de fideicom. d. art. 22. num. 65. lasi. consi. 215. colum. 3. vol. 2. Dec. consil. 50. Rol. consil. 38. à nu. 44 vsque ad num. 53. volum. 4. Crauet. conf. 180. & conf. 161. num. 4. Mant. de connect. lib. 8. tit. 12. sub nu. 23. ver. illud autem

dubium, quamuis Docto. asserunt, verificari in vno qui sit maior natu. Simon de Pret. de inter preta. vlt. volunt. lib. 3. fol. 4. num. 11. cum seq. car. 128.

17 Et cum testator vocauerit proximiorē in gradu ordine successiuo, certum est quod remotiores excludere intellexit, argumen. l. cum pretor, ff. de iudic. cum similit. & l. 3. §. fina. ff. de liber. & posth. & de co. testatur Paris. consilio nonagesimo, numero quadragesimo octauo volumine 2. refertque Grass. de vlt. volunt. §. fideicommissum. quæst. 11. versic. quidam, numero 9. Caualea. Decis. 25. numero 8. par. 4. Et est, ac si testator dixerit Salua, gradus prærogatiua, vt plura adducit Peregr. de fideicom. art. 21. nu. 1. 2. & 3. & 3. & multa dicit Simon de Pret. de interpretatio. vlt. volunt. libro 3. fol. 4. numero 11. cum sequent. Capr. consil. 64. num. 17.

18 Dubium tamen facere videbatur, an dictus Iacobus in casu nostro ob mortem Andree sui patris representet eius personam, Nam si hoc verum esset concurreret ad fideicommissum cum d. Claudio. per tex. in §. si plures, instit. de leg. agn. success. & per ea quæ dicta sunt in versic. & ad tollendam. Et quod filius representet personam Patris in successione est tex. in §. reliquum in Authent. de hæc. quæ ab intesta. differ. & in authen. vt fil. fratrum. §. 1. Col. 9. & in fideicommissum ad quod Testator vocauit proximiorē ordine successiuo, nempe quod filius subintret in locum Patris, prima fronte videtur tenere Couarr. libr. Pract. quæst. cap. 27. sub nume. 4. Peregr. de fideicom. Artic. 21. numero vigesimo, vbi ait dictam Clausulam,

19 ordine successiuo, referendam esse ad mentem iuris, de quo vi. Mantie. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. titu. 18. sub numero 68.

Veruntamen cū agatur non de Dispositione legis, aut statuti, sed hominis, & de hereditate tranversalium ex testamento, & maxime in quarto, & quinto gradu, certè representatio locum non habet, vt in §. post fratres, in dicta Authentica de hæc. quæ ab intesta. defer. Deci. consilio primo, numero sexto, consilio 444. numero secundo, & tertio, Decia. consilio nono, numero sexagesimo septimo volumine secundo, Caualea. Decisio. 9. numero 37. pag. 2. & Decisio. 24. num. 2. & Decisio. 25. numero octauo, pag. 4. Grass. de vlt. volunt. §. fideicommissum, quæstione vndecima, numero quinto, Mantie. de coniectu. libro octauo, titulo nono, numero nono. Et ita tenet Coarr. loc. supracit. in fine, vbi ait quod opinio Gloss. in ver. proximo. d. l. cum ita. §. in fideicommissum, de leg. 2. est repellenda, & reprobanda.

21 Et quod filius non representat personam patris, nisi in duobus casibus à iure expressis, videlicet in hereditate ascendentium, & Patris, iux. §. cum filius. Instit. de successio. qual. in testa. & in §. si plures, de leg. agn. success. tenet pulchre Gozad. consilio 59. sub num. 5. Ceph. consil. 16. nu. 32. & ita etiam declarat Peregr. de fideicom. articulo vigesimoprimum numero vigesimoprimum, vigesimosecundo, & sequent.

22 Inquiens quod si testator vocasset proximiorē ordine successiuo, seruata gradus prærogatiua, & secundum iuris ordinem ijs prægnantibus verbis, aliud sentiendum esset. & alleg. Menoch. consilio 124. numero trigessimosepti-

mo, & 215. & Conarr. dicto capitulo 38. versic. octauo. est aduertendum, vna cum alijs sub numero 21.

Sed hæc verba omnia nõ sunt scripta in hoc fideicommissum: nec versatur inter personas de quibus Docto. affirmatiuam tenentes (vt supra) loquuntur.

23 Quinimmo vocato proximiorē Nepos non concurrat cum patruo. l. libertus. §. libertas, ff. de bo. liberto. Aret. in d. §. cum filius. instit. de hæc. quæ ab intesta.

Qua de re dictus Iacobus exclusus tanquam remotior à d. Claudio vt proximiorē, vidensque in sumarijsimo possessorio penitus se succubuisse, & non habere locum ius representandi personam patris, tentauit per coniecturas excludere Claudium, quem asseruit odio profecurum fuisse à Testatore, & Andream patrem dicti Iacobi actoris prædilectum fuisse, & Testatorem intellexisse vocare Andream vt proximiorē, & non Claudium, sicut asserit Testatorem declarasse ante & post testamentum hanc suam mentem coram duobus vel tribus testibus quos examinari fecit, & de quibus, & illorum dictis in fra late discutietur.

Verum enimvero vana eo magis videtur prætenso dicti Iacobi ex persona Andree eius Patris: Nam estò quod Andreas fuisset expresse vocatus sub d. conditione, de qua in testamento post Sebastianum, & eius descendens. Si

24 Andreas mortuus est ante Sebastianum, & sic ante purificatam conditionem, certum est quod quo ad eum extinctum penitus remansit fideicommissum, l. prima, §. dies, ff. de condi. & demõst. l. Statius, §. Cornelio Felic. vbi Doct. ff. de iur. fisc. & dicitur caducatum taliter ac si vocatus non fuisset, vt in l. vnica, C. de caduc. tollen. & cum eo perijt spes, & ius transmittendi ad filium, vt in d. l. vnica §. si autem dixi supra versic. minusque, & esse omnium sententiam testatur Grass. §. fideicommissum, quæst. sexagesimaseptima, numero sexto, & habetur per Caualea. decis. 19 numero 36. par. 3. vbi declarat qualiter hoc procedat in extraneis: late Dec. consil. 465. numero quintodecimo, cum alijs adduc. per Ceph. consil. 131. numero 2. 3. & 10. volum. 1. Cras. §. fideicommissum, quæstio. 67. sub num. sexto, vbi distinguit ex mente aliorum, & quæst. 68. assignat 4. coniecturas ex quibus fideicommissum conditionale dici potest transmissibile.

25 Et testator vocando proximiorē, intelligitur uocasse nominatim Claudium, qui vere, & nõ per fictionem solus reperitur proximior; nam sermo indefinitus, qui alias vniuersali æquipollet, vim expressæ specificationis habet, si in vno solo verificari potest, & est perinde ac si nomine proprio vocasset Claudium, tempore purificatæ conditionis, & non Iacobum qui remotior est, D. Menoc. consil. 97. numero 155. p. 1. consil. 206. numero 18. & 19. p. 2. qui Iacobus personam patris representare minime potest, per supradicta.

26 Nam fictio in hoc casu locum non habet, vt dicunt infra scripti Doctor. & proximitas vera attenditur tempore purificatæ conditionis, vt per gloss. in l. eum qui. de condit. & demõstratio. l. interuenerit, de legat. præstan. Bartol. in l. qui se patris, numero quinto, C. vn. lib. Ale xan. consil. vigesimosecundo, cir. fi. volumine 3. Dec.

Dec. consilio 299. numero octavo, Castr. consilio 164. colum. 5. versic. ad secundum, volum. secundo. Paris. consil. 40. numero 17. cum plur. sequen. & consil. 74. num. 12. & 13. & consil. 83. sub numero 15. volum. 2. Simon. de prat. de interpret. vlti. volunt. lib. 3. dub. 3. solut. 4. nu. 16. & ante conditionis euentum actio non competit. l. Thais ancilla, §. Stichus, ff. de fideicom. liber. Bar. in l. quibus diebus, §. terminus, numero 6. ff. de condit. & demonst. & in propos. Sur. decif. 44. nu. 12.

Et dato etiam quod Andreas tempore testamenti fuisset proximior, & Claudius remotior, vel quod Andreas fuisset magis dilectus, & Claudius minus dilectus, nihilominus mors 37 Andrea omnia soluit, §. deinceps. in authent. de nupt. Socin. iunior. consil. 112. par. 4. & solum attenditur gradus illius personae, quae tempore aduenientis conditionis reperitur proximior, prout est Claudius. Castr. d. consil. 164. sub numero quinto. versic. ad secundum, volum. 2. Couarru. Pract. quaest. cap. 28. per Pologn. consilio fin. per tot. Roland. a Vall. & alios de quibus per D. Menoch. consil. 116. numero 73. cum sequen. volum. 2. vbi in casu nostro satis in proposito loquitur, & Couarru. sub numero 4. versiculo secundo contra glos. & supradicta proculdubio procedunt in dispositione hominis, vt dicunt supradicti Doctor. & habetur per Bald. in l. penult. ff. de testam. tut. sed parum eorum de hac disputatione in casu nostro, cum Claudius, tum tempore condit. testamenti, tum conditionis purificatae proximior extitit, quo fit vt concludendum sit quod Iacobus non potest succedere d. testatori cum non sit proximior, tanto minus cum nec ab intestato vti remotior, & succedere possit, §. eadem, in fin. in 28 titu. de hær. quæ ab intesta. Vasq. de success. libro secundo, de exemplar. substitut. §. 17. num. 85. sed ille qui succedit ab intestato vocatus praesumitur, vt ibi.

Quo verò ad coniecturam praedilectionis erga Andream, & alteram coniecturam odij contra Claudium, huiusmodi coniectura locum non habent (vt sup. dixi) in dispositione & voluntate clara testatoris per l. si is qui ducenta, in prin. ip. vbi Bald. & alij, ff. de rebus dub. Illust. Mantie. de coniect. libro 3. titu. 4. sub numero 6. & fortè hæc coniectura locum sibi vendicarent, si mens testatoris esset dubia, & coniectura affectionis, & odij concludenter probare ex 30 titissent, quod factum non est: & licet coniectura affectionis sit valde potens: ar. l. si seruus plurium, §. vlti. de leg. 1. D. Mantie. in d. tract. libro quinto, tit. 11. cir. princip. tamen in claris dicit non militare: nec procedere in casu isto, sed procederet quando disceptaretur inter ascendentes, & descendentes, aut inter fratres, & pares in gradu, & quando verba interpretationem paterentur. Peregr. de fideicom. d. arti. 21. sub numero 12. & ante art. 18. sub numero quarto. Illust. & Reuerendissimus Mantie. d. tract. libro 6. titu. 11. numero 9. quæ coniecturæ casui praesenti non adaptantur, vt infra patebit, sed quando essent duo proximiores equali gradu, vt puta si Andreas viueret concurreret cum Claudio, tamen non esset disputandum circa affectionem, quoniam lex ambo admittit: vt in §. si plures, institutio. de legat. agnat. succell.

Et quo ad coniecturam odij praesenti contra Claudium equidem est tam vana, sicut vane sunt nubes: vi. Crot. consil. 363. numero nono, & decimo, volumine secundo: licet verum sit quod odiosi testatori in dubio non intelligantur vocati, l. Lucius Titius, ff. de legat. 2. Alex. consilio 118. numero vigesimoquinto, volumine primo, nec odiosi includantur in generali testatoris ordinatione, vt not. Bartol. de Salyc. in l. in ipsas. C. famil. heretif. Fereg. de fideicom. misarticu. 22. sub numero 99. D. Mantie. de coniect. libro sexto, titu. vigesimo, numero vigesimo.

Nihilominus inter testatorem, & Claudium hæc coniectura omnino cessat, cum nulla fuerit controuersia nec civilis, nec criminalis inter testatorem, & Claudium; ito quod inter illorum auctores aliquando ex causa civilis controuersium fuerit, tamen nec probatum hoc 32 fuit, quæ de re causa odij cessante, vtiq; odium cessasse praesumitur, l. secunda, vbi Bald. C. qui ad liber. perue. non possi. Quinimmo praesumptio est, quod, si aliquod odium inter eos faisset, quod testator illud remiserit, dum testando, & in actu recõmendandæ animæ suæ Altissimo creatori cogitat se moriturum: nemo enim praesumitur immemor salutis aeternæ. l. vlt. C. ad leg. 101. repet. facit Eccles. capitu. septimo, non peccabit in aeternum qui cogitat se moriturum; vti sciens, quod si non remittit de corde odium, dignus est aeterni supplicij. Math. capitu. sexto, & septimo, & ista praesumptio remissionis odij, vti Christiana, est etiam magis verisimilis; & ideo amplectenda, capit, quia verisimile. de praes.

Nam illa praesumptio quæ magis fauet animæ testatoris dicitur fortior, & receptior, & magis praevalet D. Mantie. de con. ct. lib. duo decimo, tit. decimosextimo, numero septimo, & trigesimo primo, facit Menoch. de praes. lib. 6. praes. 64. numero quadiagesimo sexto. Alex. in consilio 103. numero quindecimo. Ange. consilio 141. in fi. & odium praesumitur sublatum per confessionem & contritionem: vt per Mantie. d. lib. 6. titu. 11. numero 20. qui etiam titu. 2. numero sexto lib. 1. ait quod huiusmodi coniectura tanquam temeraria omnino sunt reijcienda.

Sed quorsum hæc, cum de illis non fuerit quidquam probatum, nec de eo vllam causam dignam, nec sufficientem testes adduxerunt; & certum est quod virtus depositionis testium 35 stat in dicto, & in bona, & concludenti ratione, l. cum pater, §. dulcissimis. de leg. 2. Alexan. consil. 120. columna tertia, volumine quinto. Dixi in pract. de testam. par. 3. numero 87. 88. & sequen. dictum namque sine ratione dicitur esse tanquam corpus sine anima, l. cum ratio, ff. de bo. damnat.

Cæterum quo ad assertam testatoris voluntatem declaratam ante, & post testamentum, prout testes asserunt, licet varij, & singulares, & non concludentes, nec quidquam probantes quod releuet, ad exclusionem Claudij, & inclusionem Iacobi, vt inf.

36 Dicitur quod voluntas testatoris coram testibus duobus vel tribus declarata ante vel post testamentum valet quando est ambigua, l. hæredes palam, §. si quid post, ff. de test. l. duo sunt Titij, ff. de testam. tut. Bar. Bal. Saly. & alij in l.

- precibus, & in lege secunda, C. de impub. & alijs substitu. Ias. in lege si quis in fundi vocabulo, numero trigesimo octavo de lega. primo, Oldra. consilio 297. per tot. Alexander consilio 100. volumine quarto, Cephal. consil. 144. Decia. consilio 37. numero 33. volumine 3. Cephal. consil. 144. Decian. consilio 37. numero 33. volum. 3. & consil. 56. numero vigesimo quarto, volumine 2. pulchrè Illustris. Mant. de coniectur. libro 3. titu. 1. in terminis. Surd. decisio. 54. ante numero sexto, cum alijs in propos. adducit per Gabr. comm. conclu. titu. de regul. iur. conclu. 3. vbi late hanc rem explicat, & tangit.
- Sed conclusio ista in duobus tantum casibus locum habere reperitur, de mente supradictorum Doctor. primus casus est ad tollendam tacitam illam voluntatem; nempe quod substitutio vulgaris non contineat pupillarem, vel
- 37 quod ad augmentum ipsius tacitæ, quod pupillaritatis tacita excludat matrem, vt dicunt Bal. Salyc. & alij in d.l. precibus, C. de impub. Secundus casus est ad declarandam testatoris ambiguam voluntatem, & dispositionem testamentariam, vt per eosdem Bartol. Bald. Salyc. Alexand. & Ias. in l. quamuis, C. de impub. & Doctor. in l. hæredes palam, §. si quid post. de testa. Simon. de Præf. de interpret. vlti. volun. libro 1. dub. 3. solut. 5. nu. 32. D. Mant. de coniect. lo. supra cum alijs cit.
- Veruntamen quando conclusio affirmatiua
- 38 sit in se vera, primo limitatur, quod voluntas testatoris ante vel post testamentum declarata coram duobus, vel tribus testibus locum sibi vindicat, si declaratio fiat, vt mox dixi super mente ambigua, & verbis dubijs testatoris, vt per Angel. in l. iurisdictionum, §. quod ferè. ff. de pact. & ita limitant Doctor. in dicto §. si quid post. secus quando voluntas clara est, & verba simul testamenti non habent aliquam dubitationem, vt in l. continuus, de verb. oblig. tit. & ita tenet Dom. Mantic. d. tract. libro primo, titulo primo, numero vndecimo. Nam certitudine postergata, & veritate neglecta est imbecillitatis intellectus contra Testatoris claram voluntatem quaerere inditia, & coniecturas, vt ait Bal. in d.l. continuus, Cauiilosique, & phantastici appellantur illi qui euidenter veris, per breuissimas mutationes dirigunt disputationem ad ea quæ euidenter falsa sunt, vt l. ea est natura, ff. de reg. iur. vbi Cagn. in princip. & hanc supradictam limitationem firmat multis iuribus, & autoritatibus Gabr. Gabr. dicta conclusione tertia numero 26. 27. & sequent. facit Mascari. de probatio. conclusio. 174. numero vigesimosexio, & conclus. 1422. numero 24.
- 40 At cum testator proximior de sua domo & agnatione vocauerit, non ambigue, sed clare locutus est, cum, vt prædixi verbum proximior non egeat declaratione, quia satis de per se clarum est. Roland. d. conclus. 38. numero 33. & sequent. volum. 4. in terminis Couarr. Prac. quaestio. capit. 38. sub numero 4. versicu. ad intelligentiam glossæ. Mantic. de coniect. vlt. volun. libro 8. titulo 12. numero 34. cum ibi per eum adducti, qua de re, quod vete a iure declaratum est non eget alia declaratione, sicuti quo iam definitum est, non licet nobis definire. Damasc. regul. cano. 90. vbi multa iura pro-
- 41 hac reg. adducit, & quando simpliciter vocatur proximior est, ac si vocatus quis esset ex preste suo proprio nomine. Alciat. in d.l. cum ita, §. in fideicommissio, sub nume. 14. vers. etenim proximior, de leg. 2. Grass. in §. legatum. quaest. 65. facit, quia paria sunt aliquid ab initio esse certum, vel tempore aduenientis conditionis esse certificatum, arg. l. asse toto, ff. de hære. institu. Doctor. in l. certam, ff. de acquiren. possessio. Grass. vbi supra quaestione 64. numero secundo.
- 42 Vbi dixit valere legatum factum personæ incertæ, quando persona certificanda venit. & esse commun. opinio. testatur Bartol. Soci. in l. quidam relegatur, numero duodecimo, ff. de rebus dub. trad. scrib. in dicta lege si ita, ff. eod. & paria sunt quem suo proprio nomine vocatum esse, vel per aliam demonstrationem que vicem proprii nominis habeat, & illius nomen significet. tex. cum gloss. in l. hac consultissima, C. qui testa. fac. post. Simon. de Præf. de interpret. vlt. volun. lib. 3. Dub. 3. solutio. 4. numero 18. & 35. car. 131. & paria sunt aliquid ab initio esse tale, vel ex post facto tale effici, l. nec interest. ad leg. Falcid. l. penult. de actio. emptio.
- 43 Nec exemplū, d. l. hæredes palam, §. si quid post. de testam. & d. l. Duo sunt Titij, ff. de testam. tut. & similia, adaptari possunt casui nostro, nisi à contrario, & tunc pro Claudio faciunt. Nam ibi ratione dubitandi, circa legatum Titio amico suo factum, cum testator duos Titios amicos haberet, opus fuit declaratione, videlicet de quo Titio testator senserit, ne forte ratione incertitudinis vitietur legatum,
- 44 per l. si fuerit, de rebus dub. tex. in l. si frumentum, & l. idem Pomponius, ff. de rei vindicatio. §. incertam institu. de legat. Bartol. in l. Quintus. La secunda, §. 1. numero tertio, ff. de aur. & argen. lega. idem in l. si ita, de rebus dub. Gomel. varia. resolutio. de vlt. voluntat. tom. 2. capitulo vndecimo, numero octavo, & Dom. in Mantic. de coniect. lib. 3. titulo 2. numero decimoseptimo, & lib. 8. titulo quarto, sub numero 4. & 5. Nimirum, quia amicitia
- 45 suscipit magis, a que minus, vt apud Aull. Gel. legitur, Amicus Socrates, amicus Plato; magis amica veritas, hinc dicitur quod ille, qui de duobus amicis probat se esse magis amicum Testatori, obtinere debet. Simon. de Præf. de interpretatio vlt. volun. lib. 3. Dub. 3. solutio. 4. numero 2. hinc etiam dicitur quod si duo sint Titij, quorum vnus sit hæres institutus, is intelligitur hæres institutus qui speciali amicitia
- 46 coniunctus est ipsi Testatori, quoniam specialis amicitia nominis obscuritatem declarat in testamentis, vt per Rom. in d. l. hæredes palam, numero quinto de testa. qui ita restringit. d. l. Duo sunt Titij, ff. de testa. tut. & eum refert. Mantic. d. tract. lib. 4. titu. 6. numero secundo. Secus est de hoc verbo proximior, quod non potest ex sua propria significatione recipere illud magis, cum tanquam comparatiuum illam dictionem (magis) in se contineat, vt sup. & in claris omnis superfluitas rejicitur, l. si plures, ff. de testa. tut. nec à propria significatione verborum recedendum est, quando dispositio, est clara, & valida. l. non aliter, de lega. 3. immò tenet Ias. in l. quoties, ff. de verb. obligatio. non esse receden. à clara dispositione, quamuis actus periret. Crauet. consil. 288. columna secunda

etiam Cephal. consilio 138. numero 2. 3. 4. & 5. volumine primo. Hinc est, quod in claris coniecturæ cessant, non admittuntur supplementationes, nec testes in contrarium, nec opus est recurrere ad usum communem loquendi testatoris, nec potest allegari non ius consuetudo Cephal. consil. 199. num. 6. 7. 8. 9. & 10. Mantice de coniect. lib. 1. tit. 1.

Secundo principaliter limitatur dispositio. d. §. si quid post. non habere locum, quando declaratio non est facta de ordine expresse testatoris, qui ad hunc effectum illos elegerit iuxta terminos, l. Theopompus, ff. de dot. præleg. & l. quem hæredem, ff. de conditio. & demonstr. dummodo non trāseat in nouam dispositionem, vt in simili trad. D. Mantice, de coniect. lib. 3. titulo primo sub numero 15. 16. 17. 18. & 19. & de fide illius qui data opera ad effectum declarandi mentem testatoris electus sit formiter trad. Simon. de Præ. d. tract. lib. 1. dub. 3. fol. 5. numero 23.

At si testator non elegerit, sed ante vel post testamentum perfunctorie, & obiter per transfennam aliquid suis amicis dixerit se fecisse, aut disposuisse, nihil de huiusmodi assertionem curandum est in terminis, Surd. d. Decisio. 54. numero 7. 8. & 9. nec post tantum temporis, talis testium declaratio prodesset potest. Menoch. de arbit. questio. 73. numero 23. 24. 25. & seq. Nec ipsimet testes valent attestari de commissione eis facta a testatore ad declarandum eius mentem, nisi appareret scriptura valida in terminis Capr. consilio centesimosexagesimosecundo, numero septimo.

Nec testator erat securus, quod testes tam diu superuivere deberent, vt adueniente casu ipsi parati essent ad declarandam eius mentem: Mors enim, & vita in manu Dei sunt; nec semper viuere possumus, nisi virtus clara sit, & ideo in ijs, quæ a futuro euentu dependent, ad perpetuam rei memoriam opus est scriptura. iux. Doctor. Bartol. in l. final. sub numero quattodecimo, C. de re iudic. similiter testator per scripturam hac in re, suam mentem declarare oportebat, vt sentiunt Doctor. in d. §. si quid post. & oportebat etiam talem declarationem formiter fieri cum iux. testium dicta illa dispositio, & non simplicem declarationem sapiant, vt text. in sequen. lim. clarius docebitur, & nisi declaratio fiat incontinenti nõ tener, vt limitat. Gabriel. d. conclusione tertia, sub numero trigesimalotertio, versiculo l. limit. de reg. iur.

Tertio limitatur principaliter dispositio, d. §. si quid post: non habere locum, quando declaratio egreditur terminos puræ declarationis cuius natura est nil noui dare, vt innuit text. in d. §. ibi, & puto posse, & per Tiraquell. de retract. consangu. §. primo, gl. decimo octauo, sub numero septuagesimoseptimo, vbi per declarationem, non acquiritur maius ius, quàm quod ex contractu quis habet per Castren. in dicto §. si quid post: & per alia iura ibi adduc. per glo. in verb. significat, & facit text. in capitulo primo, de sum. trin. & fid. catho. vt per Dec. in l. cum hæ. sub nu. 3. 4. & 5. C. de impuber. vbi ait quod si verba sint dubia tunc insurgit proprie declaratio: si vero sunt clara, tunc illa declaratio transit in dispositionem; verum vero testes dicentes, quod testator asseruit velle

hæredem facere Andream, vel quod hæreditatem relinquere volebat Andream, & Iacobo, & quod ipsi erant eius proximiores, vel quod eius bona ad eos peruenire volebat, omnia ista verba important dispositionem, non autem declarationem: vt per Alexander consilio quinquagesimosecundo, volumine quarto, & Dec. pulchrè consil. 158. numero primo. Nam declaratio est veluti excutere granum à spicis, & est detegere illud quod in abscondito manet, sicut dicit Fulgos. consilio 148. columna final. quem in prop. adducit Roland. consilio quinto decimo, numero vigesimoseptimo, volumine tertio. Simonc. de præ. de interpret. vlt. volun. libro primo, dub. quinto, numero secundo, cap. 66. dicens quod declaratio non disponit, sed dispositum detegit.

Verum Iacobus actor ex dicto horum testium, videtur velle resuscitare Andream eius patrem, quod ad Deum spectat. & Dei omnipotentis est miracula facere, & contra naturam est, quod granum iam mortuum renascatur; vel Iacobus autumat à spicis tritici velle eruere fabam, quod est contra rerum naturam, cum ipse non sit granum, sed faba, & Claudius granum, vt proximior, & ille remotior in gradu testatoris. Sed re vera quando dispositionis verba retenta proprietate ab initio verificari possunt, nunquam ex post facto ad sensum improprium extenduntur. l. verbis, ff. de vulgar. & pupilla. nam à proprietate verborum receditur quando dispositio alias esset ambigua, Paul. Castr. d. §. si quid. Ped. & Dec. d. l. cum hæres. numero tertio, C. de impub. & nisi verba impropriarentur, testamenti dispositio redderetur nulla, l. Scœvola, ff. ad Trebell. l. non aliter, vbi Doctor. deleg. 3. gl. ordia. in l. gallus, §. quidam rectè, & ibi Doctor. ff. de lib. & posthu. ¶ Quamuis si testator ipse resuscitaret non valeret nouum sensum dare dicto verbo proximiori, l. nemo potest. de legat. primo, nisi per aliud testamentum, de quo in testamento, & verba quæ propriam significationem habent, nec declarari, nec interpretari valent, l. minime, de legat. Nec Princeps hoc facere de iure potest, l. non dubium, C. de legat. præsertim ad præiudicium tertij. Gabriel. d. conclusi. tertia, numero tertio, & octuagesimo octauo, faciunt Menoch. de arbit. questio. septuagesimatercia, numero vigesimosesto. Ruin. consilio trigesimo octauo, numero 10. libro primo, Calcan. consil. sextodecimo, numero quadragesimalotertio. Castr. consilio 338. & Dec. consilio 533. in fine, nisi noua fiat dispositio solemniter, l. nihil tam naturale.

Imputandumque est testatori qui ante & post testamentum, & in ipso testamento clarius, & a pertius loqui potuit, & vocare expresse Andream, & eius filios, & noluisse colligitur ex dicto tertij testis, *che il testatore disse non già nell'atto del rogo del testamento, ma si bene è poco prima, è poco dopo, che tenea per il suo più proximo de Tolomei Andrea, & non Claudio.* Sed cum post testamentum testator multo tempore superuixerit meritò ei imputandum, si clarius ad beneficium Andream non disposuerit, Socin. in l. vbi not. quinta, ff. de rebus dub. Per regr. de fideicom. m. artien. vigesimo primo, numero trigesimo sexto. Castren. in l. si pluribus, §. si eadem de legat. primo, Marzar. consilio septimo. At cum testator vocare potuit, & ta-

57 men nō vocavit nec Andream, nec Iacobum, dicendum quod consultō omiserit vocare illos l. com. modissime, ff. de liber. & posthum. Peregr. articulo vndecimo, numero trigesimo quinto, D. Menoch. consilio 106. numero sexto, volumine secundo. Nec quidquam allegari potest, nec debet contra verba clarē demonstrantia voluntatem Testatoris. Nam declaratio quæ aliunde venit quam à testamento, & à verbis ipsius testamenti, (quando declarationem minime patiuntur) non est recipienda pulchre Vira. decisio. 281. numero septimo, octavo, & nono, & decimo, libro secundo, & decisio. 300. in fine, eodem libro. Et cum testator testamentum facere aut mutare potuerit, & non fecerit, illud facere noluisse dicitur, Surd. decisio. 88. nu. 4.

59 Quarto limitatur dispositio. d. l. hæredes patrum, §. si quid post. de testamen. non valere declarationem à testatore factam antè vel post testamentum coram duobus vel tribus personis, quando illa alterat qualitatem subiecti, & substantiam verborum, quia non dicitur propriè declaratio, sed magis Dispositio alterando sensum proprium, verborum, & claram testatoris mentem, vt supra dictum est, in tertia limitat. & per Bald. in d. §. si quid post. versicu. tertio

60 not. vbi ait, quod quando declaratio dat novum sensum, & alterat substantiam qualitatis subiecti rejicitur, idemque tenet. ibid. Aretin. Not. quarto, Angel. Castr. Cuman. & alij passim in l. edita. vbi Dec. numero quadragesimo quinto, C. de eden. Ancharan. consilio centesimo vigesimo tertio, numero tertio. Gabriel. dicta conclusio. tertia, numero quadragesimo octavo, & seq. de reg. iur.

61 Nec talia verba quæ testatoris dicere solent extra testamentum disponunt, sed adulatoria vocantur, l. Iulianus, §. primo, de legat. tertio, plura adducit Illustriss. Mantic. de coniect. libro tertio, titulo duodecimo, sub numero secundo. Nam sæpè verba præter intentionem loquentis proferuntur, capitu. dilecti, de appell. idem Mantic. in propos. libro quinto, titulo quintodecimo, vbi dicit, quod si testator in eadem voluntate persistisset credendum est quod multò magis in testamento expressisset.

62 Sed vbi opus est facta verba non sufficiunt, & facta sunt potiora verbis, l. de pupillo, §. meminisse. de op. no. nunt. hinc dicitur, verba volunt, facta verò tenent, vt l. patre furioso, ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. at si testator aliter sentiebat disponere, ultra ea quæ disposuit, tenebatur disponere coram quinque testibus, vt in codicillis: iux. l. final. C. de codicill. aut coram septem testibus, vt in testamentis per l. prima, C. de testam. pulchre Ceph. consilio centesimo septimo, numero vigesimo quarto, & sequen. parte prima, ideoque non valuit talis declaratio pfunctione coram duobus, aut tribus testibus non contestibus facta, quia eadem solemnitates requirebantur cum Notario, & testium numero de quibus supra, & ita tenet Doctor. in dicto. §. si quid post. de testamen. facit Capr. in simil. consilio sexagesimo quinto, numero vndecimo, & duodecimo, & consilio septuagintaquinque. Pauli. de Castr. consi. 353. volumine 2. Gabr. d. conclusione 3. numero 29. cum sequen. de reg. iur. & per Doctor. in l. fideicommissa. §. primo de leg. 3. tan-

git Castrensi. in consilio 308. sub numero tertio, vsque ad finem, pulchre Simon de Pre. de interpret. vlt. volunt. lib. 1. Dub. 3. solutio. 5. nume. 282. unde postquam testator clarè suam voluntatem in testamento manifestauerit, ex qua spes, d. Claudio erat acquisita cū fuerit vocatus proximior in quo gradu vsque ab initio conditi testamenti natus erat Claudius, & sic per successorium ad dictum testatorum succedere poterat, si placebat. in situ. de leg. agn. success. Castren. consi. 17. num. 3. p. 4. si volebat Claudium succedere, vel aliter, disponere debebat, vel postquam in dispositione illum comprehendit sub illo verbo proximior, apponere, reuocare expressè talem dispositionem per aliam solemne dispositionem, per tex. in l. nihil, tam naturale, ff. de reg. iur. vt tantum valere posset oppositum in opposito, quantum propositum in proposito, l. si. §. final. de leg. 3. Graff. de vlt. volunt. §. testamentum, q. 36. & 40. intelligere integra.

Nec ad correctionem verborum, & ad tertij præiudicium posset allegari maius fuisse dictum, quam scriptum, à Notario, Nam in dubio presumitur quod Notarius non scripserit minus, aut plus, quam quod à partibus ei iniunctum fuerit. pulchre Mascar. de prob. concl. 645. nu. 74. & seq. l. error, C. de iur. & fact. ignor. & presumitur quod Notarius apposuerit illa verba tantum quæ mentem testatoris ad vnguem significat. Menoch. de prescrip. 4. pres. 79. nume. 40. Vital. de Gamba. tract. Clausul. vers. De Errore Notarij, nume. 4. car. 201. Vnde qui allegat

66 errorem in testamento illum probare debet per totidem testes, quos interfuerunt testamento, & per eosdem met testes, l. errore, C. de test. vbi Iaf. & per Mascar. d. conclusio. 643. num. 1. & per tot. qui error minus allegari potest à D. Iacobo, cum ipse produxerit testem, qui deponit quod testator ei dixerat, antè vel Paulo post testamentum quod Andreas Patr. d. Iacobi erat eius proximior; *ma che ciò non disse già nel rogo di detto testamento.* Et is testis cum deponat de proprio sensu cum presens fuerit di. testamento in hoc plene probat contra producentem. Rom. sing. 104. in fi. Crauet. consi. 100. numero 13. Socin. iun. consilio 69. numero 11. lib. 1. Gabr. conclusio. 1. numero 14. de test. Farinae. eod. titu. quest. 62. numero 237. in mo plus probat vnus contra producentem quam duo ex aduerso examinati, per l. Pomponius, ff. de negot. gest. & supra dixi.

68 Tandem dicitur quod declaratio horum testium non conuenit dispositioni testatoris, nec conuenit verbis: ideo non tenet ad trad. per Bar. in l. ab executione, versic. quandoque, ff. appellat. Angel. in l. si quis intentione, ff. de iudic. Doctor. in l. i. ff. de reb. dub. Gabr. d. conclusio. 3. numero 87. & 88. tit. de reg. iur. & presertim cum per dicta testium magna detur repugnantia in verbis testamentis, & testatoris, l. Labco, ff. de supellect. leg. l. ab omnibus, de lega. 1. Crauet. consi. 160. numero 13. Decia. consilio 2. nume. 69. & Peregr. de fideicommiss. d. Art. 11. numero 34. car. 89. & ridiculosa res esset, quod dispositio clara obumbraretur per coniecturas, & dispositio dubia tantum modo patiatur declarationem a coniecturis per supra dicta.

Reliquum est, vt ad examen dictorum testium deue-

deueniatur, & cum agatur de re ardua, quamuis ciuili, de summa scutorum octo, aut decem milliu, & ultra, sine quibus Claudius noster reputaretur, immò esset pauper. meritò cuncta punctualiter sunt ponderanda. Menoch. de arbit. cas. 110. numero quarto, & quinto, & facit tex. in l. 3. de test.

69 Et primò oportet quod testes contradicentes testamento sint omni exceptione maiores, vt not. glos. in cap. tertio loco circa finem, de probat. & ibi Aret. & alij. Bal. & Ang. in l. 2. §. si quis neget, ff. quemadmo. testa. app. præsertim in petitorio. Gabr. de test. conclusio. 1. numero 65. & 66. Boer. Decis. 18. numero 26. & 27. in terminis Nat. consilio 305. per totum volum. 2. & Capr. consil. 162. in fi. sed ij testes non sunt tales, ergo.

Præterea multiplices patiuntur defectus, & primo, quia sunt singulares in persona, in loco, & tempore, ac in ratione eorum dicti. In persona, quia non dant aliquem in contestem, in loco, & tempore; quia vnus deponit Petrasanta alius in itinere inter Pisas, & Petrasantam, alius de Pisis, vt lit. A. B. H. & T. & licet primus testis nominet in contestem tertium Testem: tamen tertius testis dicit non recordari quibus præsentibus, & dicit ea quæ à Testatore ipse audiuit in Domo ipsius testis Pisis, & primus testis qui illum dat in contestem dicit quod itinerando è Petrasanta Pisas versus deposita audiuit à d. Testatore, & certum est, quod Tertius testis non erat ibi. Qua de re cum quilibet sit in suo delicto singularis nullo modo probat. capit. licet, & c. literis, vbi Fely. de test. & tantum valent mille quantum vnus. Bal. in l. ius iurandi, colum. 2. de test. Petr. de fideicom. quaestio. 12. numero 485. & numero 675. Porc. conclusio. 34. immò minus valent mille, quàm vnus solus. Ier. prac. de test. p. 4. n. m. 136.

Sunt etiam singulares in Dicto. Nam primus testis lit. A. dicit, *che il testatore gli disse, che volea lassar Andrea, & suoi figliuoli*, & lit. B. dicit, *mi disse, che volea far herede Andrea, & Iacopo suo figliuolo*. & lit. C. *che disse, che la sua robba andaua à Andrea, & à Iacopo comparente*. Deinde lit. D. *che vdi da più persone in Pietrasanta, & anco da dicto Testatore, che mancando Nicolao suo figliuolo, & Bastiano Vani suo fratello, succedean nella sua heredità Andrea, & Iacobo Tolomei*. An ergo ista verba sint eiusdem qualitatis, vel diuersæ substantiæ, & numquid importent declarationem, vel dispositionem, quilibet prudens cognoscere potest. Et quid commune habeant cum testamento, & cum verb. proximior: vnde cum verba testium sint penitus deuia à verbis testamenti nihil valent, multò magis si in substantia testes discordent inter se, ad quæ vi. Ceph. consilio 134. numero 25. volumine primo, equidem sunt verba, directa obliqua, & communia, de quibus Bartol. & scrib. in l. Centurio, de vulga. & pupilla. & non possunt verificari in testamento, & propterea, vt testes singulares non probant ferè in puncto. Capr. consilio septuagesimo quinto numero decimo octauo, vsque ad nume. 26. 27. & 28. & per totum illud consil. pulchrè etiam Dec. consilio centesimo quingentesimo octauo, numero octauo, vsque ad fin. d. consil. volum. 1.

Similiter secundus testis eodem morbo in suo dicto laborat. Nam lit. G. deponit de auditu alieno, & quod nescit quem testator heredem instituerit. & lit. H. dicit, *che il testatore, prima che partisse da Pietrasanta per andare su le Gallere a nauigare, le disse più volte, che volea far testamento, & voleua lassar la sua heredità à Nicolao suo figliuolo, & dopo lui à Bastiano, & dopo Bastiano, volea che andasse a Andrea Tolomei, & a suoi figliuoli come più proximi parenti*. deinde lit. I. dicit, *che crede che habbia fatto quello che hà detto di volere lassare la sua robba à Andrea*, hic de Iacobo, & alijs Andrea filijs testis nihil dicit. Demum lit. L. deponit, quod procerito, & indubitato tenet, quod testator rem suam reliquerit Andrea, & Iacobo eius filio vt proximioribus, equidem ista verba ad inuicem non conueniunt, quippe quæ sunt singularitate plena, & discordant in casu, numero, & in persona: atque in substantia & qualitate verborum, vt in terminis per Capr. d. consil. 75. num. 24. & 25. cum seq. vsque ad fi.

At tertius testis deponit quod fuit præsens testamento: vt lit. O. & quod ante & post testamentum testator dixerit, quod Andreas post Nicolaum & Bastianum erat eius proximior, vt lite. P. at quid inde? non negatur hoc, sicuti per hoc non excluditur, quod Claudius non esset pariter in eodem gradu; deinde testis dicit, quod testator dixerat, *non già nell'atto del rogo del testamento, ma si bene à poco prima, à poco dopo, che tenea per il suo più proximo Andrea, & non Claudio*. Ex ijs apparet de discordantia, & contrarietate istius testis: nam primo dicit quod testator illa verba dixerat ante & post testamentum, nunc autem dixit, *che le disse à poco prima, à poco dopo del testamento*; item supra explicat tantummodo de Andrea, hic verò explicando excludit Claudium: vt lit. R. demum. lit. S. addit quod deficientibus Nicolao, & Sebastiano sine filijs hærede, *donesse essere Andrea, & il figliuolo, & ascendenti, & non Claudio*, heu quantum hæc verba in se habeant repugnantiam à dispositione clara testatoris quantumque variant à dispositione aliorum testium, ergo qui

73 legit intelligat, & ideò tanquam testes singulares, & varij nullam fidem merentur, filij in c. licet, colum. 4. de test. Anto. de Butt. in cap. nihil. in princip. de verbor. sign. sed vbi agitur de magno præiudicio, testes debent esse idonei, contestes, & in omnibus in substantia concordantes, cap. nihilominus. 3. q. 9. glos. in l. ob carmen §. fin. in verb. assistit, vbi Bartol. ff. de test. Cap. d. consil. 74. numero 35. plures per Farinac. eod. tract. quaest. 64. numero 72. Perego. in propria materia fideicommissi. ar. 11. numero 38. Crauet. consil. 61. numero 16. Ex horum enim dictis testes isti diuersitatem inducunt in dicto, & in factò, qua de re nil curandum est de eorundem dispositionibus. Crauet. de Antiquit. tempo. 4. par. numero quinto, numero 40. Alber. in d. l. ob carmen. §. fin. numero 7. versicu. hoc tamen glo. ff. de test. & ita per Farinac. d. quaest. 64. nu. 79. & 80. Masc. de prob. concl. 469.

